



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica XX. Post Pentecosten.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

DOMINICA XX. POST
PENTECOSTEN.

Partitio.

- I. Quod utiles sint tribulationes.
- II. Infirmas quo conferat.
- III. Quod aduersa hominem ad Deum pertrahant.
- IV. De cura liberorum & aegrotorum.
- V. Quod prosperorum & aduersorum effectus sint contrarii.
- VI. Deus cur suos affligat.
- VII. De febrium varietate.

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capbarnaum. Ioan. 4.

FIGURA.

1. Paral. 20. JOSAPHAT Rex ab hoste, qui Ierolymā torius regni caput obsidebat, pressus, quo se verteret nescius, dum humanum auxilium deficeret, nec ullus malo remedium adhibere posset, templum adiit, in quo genibus flexis & oculis ad cælum sublati Deo supplicauit. Sed cum, inquit, ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Quod olim Iosaphat rex faciebat, hodie Regulus quidam imitatur; maxima enim afflictione cum premeretur, filiumque ad mortem vsq; grauiter laboratē haberet, & vix aliqua vitā recuperandā spes superesset, ad Christum cōfugit, qui illius miserus, mirabili quadam ratione filium sanitati restituit. Hoc hodiernum cōplectitur Euangelium, quod latius vobis deducam: ad sūt modo auxilium paraclēti spiritus, & Deiparæ Virginis intercessio, atque idcirco salutationem illi Angelicam offeramus.

AUE MARIA.

- I. Tanta tribulationum aduersitatumque, cælitus aduenientium Auditores utilitas est, vt scriptura magnificis nominibus easdem condecorarit, modo namque cæli iantrices, aliquando virgam consolationis, modo dona cælestia, alias vitæ directrices, & nonnū-

Tom. 2. Pars Æstima.

quam omnium miseriarum nostrarum medelam appellat. Et profecto, cum morbos aut aliud afflictionum genus nobis immittit Deus misericordiæ & benevolentia indigentibus, summi beneficii loco aliud accipiendum, quod illis humiliari nos & ad sese velit remedii accipiendi ergo confugere.

Sanauit olim Ionathæ melle oculos amissos Deus quos ille in bello amiserat, idem felle piscis Tobia visum reddidit, & tamen non minus beneficium fuit posterius quam prius. Ingens mysterium, quo docetur, Deum nonnullos peccatores dulcedine & benevolentia, alios vero afflictionum amaritudine ad sanitatem conscientia reducere, nec minorem his quam illis gratiam conferre: fel namque tribulationum tanta virtute pollet, quanta mel beneficiorum & consolationum diuinarum.

Perspectum hoc habebat Dauid cum tribulationes pretiosas appellare non dubitat: nam vbi vulgo legimus: *Mihi autem nimis pretiosum honorati sunt amici tui Deus*; Hebraici fontes quid habent: *Mihi autem valde pretiosa sunt afflictiones tue*. Illarum enim adminiculo fragilitatem meam agnosco, quam vbi perspectam habeo, ad plenam mei ipsius cogitationem perueni.

Atque ideo fortassis sagittis aduersitates comparatae sunt: *Sagitta tua transeunt, vox tonitruus tui in rota*. Perinde ac si diceret, Sagittæ tuæ, Deus bone, quæ sunt labores, morbi, pœnæ, aliæque quas hæc in vita ciaculari soles, nō lædunt, sed sanant; non infligunt vulnera, sanguinem non effundunt, neminem fauciant, sed auolant & pertranseunt, quasi non ad vulnerandum, sed ad commonendū cælitus emissæ essent.

Huc facit, quod de sagitta à Cæsare Ciceroni missa refert Polydorus. Erat hic in quadam Gallia nostræ vrbe ab hoste obfessus, & ad extrema, ni affulgeret auxilium redactus, quo cognito Cæsar sagittam in urbem ciacularus est, hac addita Epigraphe: *Cæsar Ciceroni fiduciam optat, exspecta auxilium*. Haud ab similes sunt tribulationes, quas Deus hoc in mundo immittit, solatiæ sunt & exhortationes, quibus nos commo-

T t

net, animum ne contrahamus, cum mundi aduersitatibus obsessi tenemur & premimur, sed fortiter certemus, neue diffidamus, si fortasse demon tentare velit & ad impatientiam pertrahere.

Psal 114.
Et sane si cognitum haberemus, quantum emolumentum adferant aduersitates, magno eas affectu & feruore amplecteremur. Non ignorabat id Psalmographus dicens, *Tribulationem & dolor inueni, & nomen Domini inuocaui.* Notate verba, & examine accuratius. Discimus hic, quarendas esse, quin & magno cum affectu rogandas tribulationes: Deo deinde, si inuenite cōtigerit, velut de re pretiosissima inuenta gratias agendas.

Tribulationes in thesauris diuini reconditæ.
Atque hæc est ratio, cur sacra Scriptura tribulationes & afflictiones à Deo velut gemmas, monilia, cimeliaque in thesauris asseruari dicat, *qui producit ventos de thesauris suis.* Et quemadmodum in opulenta aliqua familia diuitiæ sunt & thesauri, & illæ in res necessarias expenduntur, hic vero asseruantur: ita in domo Dei virumque reperire est; diuitias suas quotidie expendit, misericordias inquam, de quo dicitur, *Diues in omni qui inuocans illum:* at thesauros asseruat, quos in tempore necessitatis utatur, atque ex his educit interdum tentationum ac tribulationum ventos, quo maior meritum leges electis accrescat, quæ non merita duntaxat illis adferunt, sed animi quoque periculum faciunt & robur addunt.

Fons quidam mirabilis tribulationis symbolū.
Haud procul à Padua fuisse olim fons traditur, in qua sortes conici crant solitæ, quibus fortuna & successus rerum explorabatur. In hunc Tiberius Cæsar aleam auream coniecit, exploraturus num feliciter res imperii succederent, quæ ad tempus vsque Suetonii Tranquilli in eodem visebatur, atque illa fortilegij erat ratio, si plura alea præferabat puncta, prosperitatis signum erat; si pauciora, fortis aduersæ. Fonti huic perfimilis est tribulati, ipsa fons est diuinus & iudicialis, è quo iudicium tum de virtutibus, tum de vitis elicitur. Huc alluisse videtur Sapiens dum ait, *In tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam.*

Origenes homilia, quam de tabernaculo Orig. hom. inscripsit, cum de candelabro aureo septem 9. in Exod. lampadibus instructo, quas Deus semper accensas esse voluit, ageret, recte obseruauit, ad septentrionem illud Deum collocari iussisse, è qua orbis plaga Circius, Boreas & Aquilo venti validissimi spirare solent. Sed egregium hic later mysterium: nam cum lumini maior irrogari iniuria nequeat, quam vento exponi, hinc mirum profecto est, Deum ad Borealem plagam ventis obnoxiam lucernas Templi collocari præcepisse. Air igitur hisce lucernis candelabri aurei iustos ac Dei amicos designari, iuxta illud Luca, *Sint lumina vestri præcincti, & lucerna ardentis in manibus vestris.* Porta autem septentrionalis est ianua malorum & miseriarum, cum Ieremias dicat, *Ab aquilone paretur omne malum.* Vult autem iustos ad septentrionem vergere, è quo tribulationum venti spirant, eosque impetunt tanta vehementia, vt illis instar flabii magis magisque accendantur, & amoris diuini flamma indies magis inualeat & surgat. Tribulationes igitur diuini amoris ignem in iustorum animis accendant, eorumque merita ad augent.

Veteres egregio hoc hieroglyphico expressere. Pingebant adamantem variis malleorum ictibus confusum, non tamen cedentem, & circumcirca scribebant, *Semper idem,* quod adamas nec malleorum ictibus, nec impetu & vi externa numquam desinat esse: qui fuit prius, neque confusus, percussus, quassatus vel minimum fit vilior, infirmior, aut obscurior. Quo emblemate designare volebant, iustum nullis aduersitatibus vquam commutari, aut aliquod meritum detrimentum pati, sed adamantis instar, malleorum ictibus poliri, nouum decorem acquirere, & magis magisque indies resplendere. Dicendum igitur, tribulationes & aduersitates vtilis esse, quod hodiernum Euangelium aperte demonstrat, in quo videmus Regulum Capharnai habitantem, & tribulatione & afflictione oppressum, domumque à morbo obsessam videntem, & ad Christum confugere, & filij sui salutem sanitateque depos-

deposcere. Historiam Ioannes refert, dicens: *Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.* Hanc bifariam disperiat, primo dicam, quis qualisve Regulus hic fuerit, quomodo pro filij sanitate apud Christum perorarit: ac deinde quanta benignitate illum Dominus exaudierit, filioque salutem contulerit.

II. Principio igitur pater hic, cuius filius laborat, magnam Scriptoribus disceptandi occasionem præbet, dum curiosus indagare contendunt, quis aut cuiusnam dignitatis fuerit, cum regulus fuisse dicitur. Dixere nonnulli, ideo hoc illum nomine nuncupatum, quod regio esset sanguine progenitus, ut *ἡ βασιλικὴ* nomen denotat: alij vero, quod regia munia & dignitates regias administrat. Leontius, Chrysostronus, Theophylactus, Euthymius, Græci omnes, Reguli illum nomine dictum credunt, vel quod Herodis Regis vel alterius Tetrarchæ affinis esset, vel quod regia auctoritate polleret, eumque cuncti ut regem suspicerent. Eisdem rationes adfert & Origenes, quamvis & hanc tertiam adiungat, quã sibi non displicere ostendit, quo scilicet Cæsaris in Galilæa præfectus aut vicarius esset.

Leontius, Chrysostronus, Theophylactus. Euthymius fuisse aiunt nonnullos, qui crediderint Regulum hunc eundem esse cum Centurione, de quo Matth. 8. & Lucæ 7. Chrysostronus credit fuisse hoc illi proprium nomen, negat Beda, & ab officio nomen illud sortitum ait. Origenes Cæsaris eum consanguineum, aut saltem illius in Capharnaum vicarium credit: Irenæus denique sibi persuadet, eundem illum esse cum Centurione. Equidem ut sententiam post tot magni nominis Senatores depromam, crediderim Regulum illum appellatum, quod Herodi Regi, ad quem Capharnaum & vniuersa simul Galilæa spectabat, à consilijs esset, aut saltem diuitem aliquem aut opulentum, regio prognatum sanguine, Cæsarisque in territorio Capharnaitico vicarium. Dubitatur autem, num fuerit Iudæus, an vero Gentilis. S. Hieronymus & Origenes de gentilijs hæc fuisse credunt, at

vero multo est similius Iudæum fuisse & circumcisum; quod ita probat, quod Dominus eum ut modicæ fidei carpat, quò nomine Gentilem carpere nefas & indecens fuisset; deinde, quod signa postularet, quod Iudæorum proprium, ut apud Matthæum videre est.

Regis igitur vicarius erat, vel totius provincie præfectus: quamvis alioquin omnibus in egregio duce requisitis dotibus abundaret. Huc trahemus, quod symbolorum collectores de Fabio Cunctatore magni inter Romanos nominis tradunt. Hic igitur denotare cupiens, quod quantaque in perfecto duce & imp. dotes requirentur, anulum gestare solebat, cuius in pala caput equinum insculptum erat, facies barbara, caput galli, pedes gruis, quæ partes cum Chimeram quandam constituere possent, tamè vnitæ & collectæ perfecti ducis dotes denotabant: Caput equinum animum & robur bellicum, ait quippe Poëta, *bello armantur equi*; facies barbara & pedes gruis prudentiam & vigilantiam assiduam significant, quæ in duce aliquo egregio imprimis requisita sunt, cuius symbolum erat gallus. Omnes hæc dotes regulus hic habebat, erat siquidem in bello fulmen, in pace oraculum. Sed habebat adhæc aduersitates, nam filius illius ad mortem usque ægrotabat. *Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum.*

Filius illius, quamvis diues, quamvis opulentus, quamvis reguli filius, ægrotat: quod denotatur omnes dignitates & omnia mundi bona nihil esse, cum tam regum quam opificum filij miseris & ærumnis obnoxij sint, & æqualiter in vitæ huius cœno voluntentur, omnes scilicet hæredes sunt calamitatum mundi huius. Omnes Giezi posterij, lepræ quoque illius hæredes facti sunt, ita quotquot in mundi domo educati sunt, & ab Adamo originem trahunt, illius lepræ, peccati, calamitatis & ærumnarum participes sunt, Principes & plebeij, cum eiusdem materiæ sint, & eadem incude proculsi, iisdem etiam ictibus & casibus viuunt expositi. Dignitates, nobilitas, ipsa quin etiam regia maiestas, communes naturæ miseriae

rias & infirmitates humanas perferre sine vilo discrimine coguntur.

Dan 2.

Statua illa Nabuchodonosor, quæ caput habebat aureum, brachia argentea, pectus æneum, quam primum vt a laterculo concussa fuit, in puluerem & fenum euauit. quo mystice denotatur, omnia quæ in mundo sunt, vana & caduca esse, & fortuna casibus concussionibusque obnoxia, & nihili esse, quod non lapidum cælitus ingruentium impetus, id est, infirmitates & afflictiones, ad terram deiciant & prosteruant. Expertus hoc videbatur Psaltes cum caneret: Non saluatur rex per multam virtutem, & reges non saluabitur in multitudine virtutis sue, a morte feliciter & morbis. Nam infirmitas non secus palatia & regum turres, quam tuguria & casas pauperum pulsat.

Psal; 8.

Cur morbos in mundo reliquerit Deus.

Quapropter non immerito rogat Gregorius Magnus, cur, cum Christus abundantissime mundum redemerit, & peccatum copiosissime remisit, vt quidem Propheta canit, (Et copiosa apud eum redemptio, Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius) permiserit Deus, vt morbi, ægrotudines, aliæque corporis incommoda in mundo superessent, quæ profecto aliud non sunt quam peccati effecta: cum Philosophorum Aphorismus sit, sublata causa tolli etiam effectum; cur, in quâ, peccato sublato, morbi qui eiusdem sunt effecta, in mundo esse non desinant at potius inualescant; Respondet sibi ipsi magnus Doctor, & varias huiusce rei rationes assignat: quarum hæc prima est.

Morbire-
liæti in
mundo,
vt homo
pœnam
peccato
debitam
hoc mun-
do luat.
Prou. 24.
Ecl. 7.
1. Ioan 1.

Viuent hæc mala & infelices peccati aborsus, etiam post mortem patris, ad criminum quæ in hac vita homo committit remissionem; quamuis enim homo perfecte redemptus sit, plena tamen & absoluta sanitas in alteram vitam reservata est. Tanta autem illius in hac vita fragilitas est, omnia vt venialia peccata vitare nequeat, nec impedire, vt etiam in plura mortalia non impingat, Septies enim, id est, sæpius, in die cadit iustus, vt ait in Prouerb. Salomon. deinde in Ecclesiast. Non est homo qui non peccat. Et Apostolus Ioannes: Et si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Vt igitur pœnæ peccatis quæ in hac vita commit-

timus, debite satisfaciamus, corporis incommoda & morbi nobis ad expiationem relicta sunt. Quare nostrum est, æquanimiter eadem perferre, quin & vltro expetere, vt his pœnæ suppliciaque peccatorum, quæ solvenda adhuc restant, soluantur, cum illa nummi sint & satisfactio, quibus huiusmodi debita persoluantur. Testatur hoc est Iob dicens: Quis det vt veniat petrus meus; & quod Iob. 6. exspecto, tribuat mihi Deus, & qui cepit ipse me conseruat: soluat manum suam, & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, vt affligat me dolore, non parcat. Eadem erant & vora S. Augustini, & eadem propemodum verba, dicebatque post afflictiones iam præteritas, Hic vres, hic joca, vt in æternum parcas. Idem significat & Abacuc, dum orat: Ingrediatu purgatio in ossibus meis, & subvertet me, donec quiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum circumcisum nostrum. Relictæ sunt igitur hæc infirmitates & incommoda in peccatorum expiationem & medelam. Hæc quidem prima est ratio, iam alteram producamus.

Quamuis homo plene perfecteque sit redemptus, & sufficiens illi gratia ad corpus sub legem spiritus captiuandum eiusque tyrannidem coercendam collata sit, plene tamen & penitus in hac vita subiugari & domari nequit, nec perfecte de eodem refertur victoria, quod tyrannus ille semper aduersus spiritum insurgat, eique quouis loco & tempore insidietur; qui pernicax & cruentum semper inter se bellum gerunt, eo quod sibi mutuo vicini sunt, quamuis non nisi seditionibus, tumultibus & conflictibus pascantur. In quo imitantur pugna illud fratrum par, Iacob, inquam, & Elau, qui iam inde à matris utero inter se digladiati sunt. Plurima igitur in hac carne mala relinqui oportuit, quæ eandem frangerent, debilitarent, & impedirent, ne illa in spiritum insurgeret, sed ab illo coereretur, domaretur, & vt subditus à Rege frangeretur. Hinc bene Paulus ad hanc refrenationem respiciens ait: Cum infirmior, tunc potens sum; quando caro debilis est, tunc spiritus fortior; robur corporis cum imminutum est, tunc animus assurgit. Vnde & Gregor.

Morbire-
liæti ad
corpus
maceran-
dum.

In Medi-

Morbire-
liæti ad
corpus
maceran-
dum.

Gen. 25.

1. Cor. 15.

Infirmi.

Infirmi: corpus cruciat, sed mentem curat. Huc alludit etiam dilecta illa in Canticis, cum de se ait: *Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.* Perinde ac si diceret, Corpus quidem exterius nigrum est, propter onera & afflictiones, quibus ipsum grauo; sed interius formosa sum, non secus ac tabernacula & tentoria Ismaelitarum, quæ forinsecus nigra sunt, quod cœli iniuriis exposita sint, sed intrinsecus formosa voluptatem adferunt intuentibus. Dicere volebat, Quo plus corpus opprimeretur & grauabitur, eo maiores vires vitamque viuacitatem se animæ conferre.

Corpori nostro facere Deus voluit, quod olim Angelus Iacobo Patriarchæ, hic enim pastor cum esset ouium, & cæterorum instar mortalium miseris & calamitatibus obnoxius, præsumpsit cum Angelo, spiritu, inquam, immortali & penitus cœlesti, luctari, eumque ad terram violenter deicere. At Angelus commotus in femore eum tenuit, ut omnes nerui contracti emarcuerint, & toto vitæ tempore vno claudicaret pede: *quam ob causam, subnectit Scriptura: non comedunt neruum filij Israel, qui emarcuit in femore Iacob, usque in presentem diem.* Quamobrem eum videret Deus, corpus hoc vile & caducum eo insolentiæ venturum, ut par Spiritui esse cupiens, & cum eodem luctans, ad terram deicere ipsum conaretur, non permisit, ut tanta animæ immortalis irrogaretur iniuria; atque ideo morbos & ægritudines corporales in mundo superesse voluit, quæ corpus in femore ferirent, audaciæ eius neruos inciderent, & claudum redderent, & Spiritui toto vitæ tempore subditum, & obsequens. Ecce & aliam allegoriam.

Cum Deus Iosue de quinque regibus lulentam promississet victoriam, equos omnes subneruati, & currus igne succendi iussit; quem locum exponens Origenes, ait: *Non præcepit Deus occidi aut subneruari reliqua iumenta, quæ oneribus ferendis apta sunt, quia caro non occidenda est, sed seruanda, ita tamen ut spiritui subdita onera ferat ieiuniorum vigiliarumq.* Verum allegoriæ sensum tetigit quo nos edocet, cum corpus, quod

animæ quodammodo equus est, insolescit, & cum anima bellum suscipit, & rotas ac remonem audaciæ aduersus eandem dirigit, Deum velle, ipsum ut corripiamus, arrogantia neruos incidamus, atque in hanc rem morbos in mundo reliquit. Quamobrem humiliandum est ieiuniis, flagellis, & vigiliis edomandum. *Subneruatur quippe, ait Origenes, equus, quando ieiunio & vigiliis, & abstinentia afflictione corpus humiliatur.*

Hac edomandi ratione utebantur sancti illi viri, quos iam suspicit & colit Ecclesia, qui arma in corpus conuertentes ipsum subiugarunt, animæque victoriam pepererunt. Isto quippe studio enitebantur corpus emacerare, & in penitentia eculeo torquere, ut eiusdem imperus frangerent, & rationi morigerum redderent. Testis sit S. Hilarion, qui teste S. Hieronymo, corporis insolentiam compefcere volens, ita ipsum alloquebatur: *Ego te fame, conficiam, ut potius cibum cogites, quam delectationes.* Et Euagrius, ut Palladius in Causiaca restatur, reprehensus à quodam, quod in corpus nimis esset rigidus, & seuerus, quasi ipsum occidere vellet, respondit quasi aliquem iugulare scelestum vellet: *Occidit me, occido illum.*

Apostolus gentium Paulus postquam dixisset, corpus se suum in feruitutem redacturum, & serui instar ac mancipij habiturum, mox subnectit: *Glorior in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi.* Et Bernardus cum hoc loco coincidens asserit, *Optima infirmitas, qua Christi virtute compensatur.* Sed ad lineam redeo, abripuit siquidem me morbus Principis huius, & materiam prosequor.

Cuius filius infirmabatur Capharnaum. Aduersitates scilicet ad Deum nos euocant, eiusque opem nos implorare cogunt, unde Regius vates: *In die tribulationis clamaui ad te, Deus nos quia exaudisti me.* Non ait, Animo te inuocavi, ore te deprecatus sum, sed quasi oppressus & exanimatus, clamaui. Et Psal. 106. *Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur.* Nabuchodonosor in bestiam transformatus, Deum agnoscit, sceptrum regum manu gestans eundem negligit: *Dauidem quoque*

que tradit Cassiodorus afflictionibus oppressum pulcherrimos quosque Psalmos composuisse. Alexander quoque Macedo, vulneratus cum sanguinem e plagis emanantem cerneret, sapientior redditus dicere cœpit astantibus: Nemo in posterum me ut Deum adoret. hæc enim vulnera & sanguis mortalem me & hominem esse coarguunt. Ita aduersitatum & afflictionum vulnera, Principibus ac Regibus, regiam dignitatem nihil præter meram vanitatem esse, ostendunt. Quod aperte in hoc regulo cernere est, qui afflictionibus vexatus & exagitatus, filiumque male habentem lecto delixum videns, ad Christum, illius opem imploraturus, aduolat.

Tribulationes Deum querere cogunt. *Isai. 77.*

Exstimulant nos igitur tribulationes, & ad Deum quodammodo impellunt: Regulus siquidem, filium habens ægrum, ad Christum properat, qui si bene habuisset, vrbe forsitan egressus non esset. Ita quoque filij Israël, cum Deus in deserto occideret eos, id est, ad mortem vsque affligeret: *quarebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum, & memorati sunt, quia Deus est adiutor eorum.* Nam vt medicus rhabarbaro & catapotiis amarioribus noxios humores pellit, morbis medetur, ita Deus tribulationum adminiculo ægritudines sanat, peccata purgat, & in dilectorum nos cognitionem adducit.

Prosperitas Dei obliuionem inducit.

Gen. 40.

Docent Philosophi contrariorum contraria esse consequentia. equidem iisdem veobliuionem inducit. memoriam animis nostris inducere, vt prosperitas & rerum affluentia eiusdem obliuionem. Oblitus est æconomus Pharaonis, benefactoris sui Ioseph, quam primum vt carceri ereptus in libertatem asserus est. Hinc Deus toties tamque sedulo suos ad gratitudinem & beneficiorum recordationem exhortatus est, & maxime in Deuteronomio: *Cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, per quam iurauit patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas, quas non adificasti, domos plenas multarum opum quas non extruxisti, cisternas quas non fodisti, vinea & oliueta qua non plantasti, & comederis & saturatus fue-*

ris, caue diligenter, ne obliuiscaris Deum, qui eduxit te de terra Ægypti. Notanda autem sunt verba illa, *caue diligenter*: dicere voluit, scio prosperitate homines ad Dei obliuionem, aduersitate vero ad eiusdem reminiscentiã induci: sed hoc de vobis ne dicatur, caueere diligenter. Cuius rei euidentis exemplum in regulo hoc Capharnaita cernere est, qui interea dum prospere ageret, nunquam de Christo vel cogitauit, vel cogitare potuit, at dum aduersitas fores pulsaret, eiusdem meminit, eundem querit, honorat & adorat.

Et rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius. O mysteria! Orat Regulus Christum, vt descendat, ita quoque eum rogant antiqui illi Patres & Prophetæ, & imprimis *Isaias: Vtinam disrumperes caelos, & descenderes, & ante illum etiam David: Inclina cœles tuos, & descende.* Et apud Matthæum Iudæi blasphemati: *si filius Dei es, descende de cruce.* Est scilicet filiorum Dei, semper descendere, valles confectari, sublimia detestari, montes & fastigia celsiora declinare.

Rogabat eum, vt descenderet. Aulicum hoc & magnatibus solenne, non enim Christum adorat, sed tantummodo illum rogat, idque factu quodam turgido, more aulicorum, qui præfractæ & præsumtuose loqui solent, sibi credentes omnia deberi. Ita pentecostarchus ille Ochoziæ regis, Prophetæ Elifæo locutus est: *Homo Dei, rex præcepit, festina descendere.* & eodem in libro post, Naaman magnæ apud Regem Syriæ auctoritatis hac etiam ratione de Elifæo locutus est, *Putabam, inquit, quod egredereur ad me Prophetæ, & stans inuocaret nomen Dei sui, & ringeret manu sua locum lepræ & curaret.* Hunc loquendi modum imitatus est etiam Princeps hic Capharnaita: at modestior & ciuilior fuit leprosus ille apud Matthæum, hic quippe dicitur Christum adorasse. item Chananæa quæ postulans orabat, & orando postulasset. Mater etiam Zebediadarum, vt idem Matthæus tradit: *Accessit ad Iesum, adorans & petens aliquid ab eo.* De Magis etiam in Euangelio legimus: *Et procidentes adorauerunt eum.* at hæc nullam adorationem adhibet, sed orat & rogat dumtaxat.

Et ro-

Et rogabat eum. O arrogantiam intolera-
bilem! Est hoc siquidem regibus solen-
ne, ut si quando honoribus afficiuntur, deos
se credant, non vere homines morti obno-
xios, qui eodem quo humanitatem in præ-
sumptam quandam diuinitatem commu-
tant tempore iudicium rectum & rationem
in stoliditatem & fatuitatem conuertunt.
Ita Domitianus fatuo quodam edicto vo-
luit, omnes eum ut Deum per vniuersos Im-
perii Roman. limites appellarent. Maximus
pedes suos Senatoribus dabat osculan-
dos, quin & quandam Iouis statuam ad sui
imaginem erexit, in qua ab omnibus ado-
raretur. Demetrius Antigoni filius Mace-
doniæ rex, Deum cum se faceret, legatos
Atheniensium biennio expectare iussit, an-
tequam ad eorum postulata responderet.
Nabuchodonosor Monarcha Babyloniorum
auream erigi statuam, ad sui similitudinem
iussit, quam ab omnibus, quamprimum ut
fistulæ & sambucæ sonum perciperent, a-
dorari voluit, qui vero id facere detrecta-
sent, neci dari. O regias & insolentes teme-
ritates!

Ezech. 28. Hanc in rege Tyri coarguens Ezechiel,
eique modestiam ut coleret, diuinum fla-
gellum comminans ait, *Elevatum est cor tuum
in decore tuo*; hosee autem reges Propheta
Ezech. 6. Zacharias equis indomitis comparavit, qui
vidit olim è monte æneo quatuor quadrigas,
inuitatis quibusdam equis instructas, exi-
re; per quadrigas autem quatuor intelligi
possunt Monarchiæ, qui populum Dei in
captiuitatem & seruitutem abduxerunt. Primi
equi erant nigri, qui Chaldæorum & Assy-
riorum imperium denotabant; nigri autem
erant & coloris tristioris, ut tristitia & mœ-
ror d. signaretur, quem Iudæis illi occiden-
do, necando, & in captiuitatem abducendo
attulerant, secundi erant rufi, & signabant
Imperium Persarum & Medorum, rubicun-
di autem sanguine quem abundanter effu-
derant. Tertii albi, qui figura erant Græcorum,
albedinem & candorem præferunt ob cle-
mentiam, quam Alexander erga summum
Iudæorum Pontificem declaravit. Quarti
postremi diuersi colores erant, per quos im-
perium signatur Romanorum, per colorum

autem varietatem, varietas Imp. & Mo-
narcharum. Equis autem & non aliis anima-
libus signantur, ob impetum, violentiam,
& furias; nullus enim est lupus quin timeat
canes, leo nullus quin timeat venatores, at
solus equus furore & rabie plenus, nihil me-
ruit, aut formidat, sed in medias sese a-
cies coniicit. Sed ad rogantem nostrum re-
deamus.

Et rogabat eum, ut descenderet. Duo au-
tem hic notanda occurrunt; primo regulus
rogans, & res pro qua rogat, filius scilicet,
regni hæres & successor. Vtraque qualitas
magnum precibus pondus ac momentum
adit. David olim Deum orare cum vellet,
regiam dignitatem interponit, *Domine sal-*
uum fac regem. Id est, si quem audire teneris
Domine, rex imprimis est, persona publica,
tua in terris imago, & totius regni caput. &
alibi ait, *Qui salutem das regibus*, quasi pecu-
liarem quandam regum rationem habeat
Deus. Regulus igitur est qui rogat, & roga-
tionis caula, vita & sanitas est vici coronæ
hæredis: omnes nempe in genere patres, &
reges imprimis, exoptant, filii ut paternam
hæreditatem adeant, bonorum, domino-
rum, regnorumque sint successores: tristatur
autem & anguntur non parum, quando
ad alienos sua delabi vident. Testis sit Da-
uid rex: audito enim infantem è Berfabee
natum ad mortem vsque grauitè laborare,
vberimè lacrymabatur, adeo ut & cibo po-
tuque præ mœrore abstineret, & miserum
in modum se excruciatet, at cum hic expi-
rasset, pro Salomone & simul pro se ipso,
quasi duobus regni fulcris deprecabatur.
Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam
filio regis: Vbi sensu litterali sibi filioque iu-
sticiam postulat, qua subditos debite regant;
aut allegorice Ecclesia pro Messia aduentu
deprecatur.

Ezechias rex cum ex Isaia ore inaudisset,
sibi esse propemodum moriendum, amare
lacrymari cœpit, idque non aliam ob causam,
quam quod illiberis & successore carens mo-
reretur. Ipse etiam Abraham à Deo vocatus,
ut patriam desereret, & in solum alienum
concederet, non mediocriter doluit, quod
terra exire cogebatur, nullo legitimo hæ-
rede.

rede in quem se absente tantæ facultates deuoluerentur, relicto: quapropter laerymans dicebat: *Hic vernaculus hæres meus erit.* Eodem affectu ducitur & Regulus noster, inque periculo amittendi hæres constitutus, aulam deserit, Christo occurrit suasque illi preces offert.

Parentum cura de filiis. *Rogabat eum ut descenderet.* O benignum patrem qui pro filii precatur valetudine: quo edocere vult nolle se filios prauos & scelestos habere, quique Dei timorem ob oculos non haberent. Est quoque bonorum parentum, filios in virtutibus educare, non nimis illis indulgere, illos compescere & cōtinere, sibi que illos reddere quam simillimos. Tradunt coruos, dum vident pullos albican-tes, nidum deserere; pullorum curam abicere, eosque velut spurios & illegitimos repudiare. Hominibus hoc adaptat Gregorius, simul notat, non propterea pullos illos parentibus minus morigeros esse. Ferunt etiam aquilas, quamprimum pullos excluserint, soli illos opponere solere, & quos oculis conuiuentibus solares radios intueri nō posse viderint, nido eiicere, atque ut suos nolle agnoscere; sed qui defixo obtutu eosdem aspiciere potuerint, nido continere, & velut legitimos & aquilina dignos stirpe educare.

Lib. 6. Mor. c. 18. Hic edocentur parentes, liberos iam inde ab incunabulis ad Dei cognitionem & obsequium adducere, illos diligere qui eundem timent; hæreditate autem excludere, qui oculos ad solem illum iustitiæ intuendum aperire noluerint. Horum de numero regulus noster cum esset, pro filii sanitate Deo Christo supplicat, *Et rogabat eum.*

Duplex ponderis genus apud Hebræos. *Leu. 5.* De filii salute corporali nimium quantum hic laborat, & forsitan de animæ illius salute ne cogitat quidem. In quo multos ei hodierna die similes reperire est: videmus enim passim, corporis valetudinem animæ saluti anteponi. In veteri lege duplex ponderis genus in vsu fuisse comperimus, vnum publicum & alterum sanctuarii, quo omnia ad ipsum spectantia ponderabantur. Nolebat enim Deus res sacras & sanctas, eadem balance, qua cetera venalia, ponderari, vr-

pote quæ tam exacta non esset, adeo vt sancta publico, & publica ac profana sancto pondere non appenderetur: quo denotabatur tam in iis quæ ad cultum & honorem diuinum, quam quæ ad vitam humanam spectabant, mensuram & modum, ac pondus esse seruandum, & proinde duplex pondus habendum, vnum subtilius & exactius, quo diuina & spiritualia ponderantur; alterum quo corporalia & temporalia, quod non adeo subtile erat. Videbis enim aliquos, quod filium morte amiserint, ita contristari & affligi, nullam vt consolationem velint admittere; multis vero peccatis admissis ne minimam quidem tristitiæ nubeculam præferre. In quos proinde torqueri queat propheticū illud, *Mendaces filii hominum: stateris*, quod pluris terrena quam diuina faciant, maiorem corporis quam animæ rationem habeant. Ac talis Regulus hic noster est, qui Christo pro filii valetudine supplicat, de anima illius haudquaquam anxius.

Et rogabat eum. Infelix pater, & tamen inconsideratus ac parum prudens, ne dicam malus, qui tum ad medicum properat, quando filius in extremis est, qui Deum tunc inuocat, quando agonizat, *incipiebat enim mori.* Sed ea mundi agendi est ratio, rum primum ægrotorum habetur ratio, quando in extremis iacent; de peccatorum exomologesi facienda nullus est sermo, de sacramentis recipiendis, de conscientia statutu componedo nullus, nisi dum spiritum extremum trahunt, & mortis in limine versantur. Sed pessima hæc consuetudo est; neque enim catenus expectandum est, cum in articulo mortis iam versantur, viribus exhausti sunt, sensum amiserunt, & mentis impotes redditi: sed mox vt agrotare incipiunt, quando sensus etiam integer est, iudicium cōstat, vires nondum vacillant, ingenium valet, de testamento condendo habendus est sermo, ad sacramenta recipienda, conscientiam iatuto collocandam, & domum disponendam incipiendi sunt. Extrema semper noxia sunt, & finis metuendus, & præsertim vitæ. Aliiter profecto se gessere mulieres illæ Bethanienfes ægrotante Lazaro; quamprimum enim

psal. 61.

Ægrotis tempestiue succur- rendum.

enim eum male habere perceperunt, literas & nuntium Christo misere. *Ecce quem amas infirma ur.* Fecit & eodem modo Isaias Propheta. nam audito regem Ezechiam grauius ægrotare, sua vt disponderet adhortatus est, *Disponde domui tuæ, quia morieris.* Inter cetera quæ vt immunda reiecit anima- lia Deus; recensetur & odor, & non ob aliam causam, quam quod serius cantet, scilicet dum in mortis articulo est. quo mysterio edocemur, eos qui serius cantillant, & non prius consentitur, quam dum in vitæ extremo sūt, & mors in limine, merito a Deo reitici & reprobari.

Num. 10.

Præcepit in Numeris Deus, vt quando Isra- elitæ primum clangorem tubarum audi- rent, omnes ad Tribuum capita circum arcæ ostium congregarentur, si vero prolixior es- set clangor, mouerent castra & tentoria col- ligerent. Ecce verba legis: *Si semel clangor, congregabuntur ad te principes & castra multi- tudinis Israel; si autem prolixior atque concisus clangor in reperit, mouebunt castra, & leua- bunt tentoria.* Mortis tubæ ipsi sunt morbi, qui vbi clangere cœperint, ad Ecclesiam, quæ est nostra fœderis arca, fores confugiendum est, tunc sacerdotes & parochus vocandus, tunc ad principem Ecclesiæ militantis; quæ vt castrorum acies ordinata est, & cuius nos milites sumus, Christum Iesum, inquam, ac- cedendum. at si tubæ clangor fuerit diutur- nior & magis assiduus, signum est è mundo hoc esse secedendum, negotia disponeada, & sarcinas vitæ colligendas. Hanc legem non seruat regulus hic, cum ad extremum iam venisset malus, & filius in mortis esset articulo, ad Christum venit, sanitatem eius recuperaturus.

Insignis allegoria.

Cur Chri- stus ad Regulum non de- scendit. *Matib. 8. Psal. 111.* Et rogabat eum vt descenderet, & sanaret fi- lium eius, incipiebat enim mori. Notandum autem est Christum ad regulum quamuis enixissime rogatus esset, descendere noluisse, cum tamen ad Centurionis ædes seruum illum vt curaret se vltro venire velle dixerit: in quo ad oculum ostendit alia esse iudicia Dei, alia hominum; hi non nisi magnos & diuites æstimant, Deus vero solos pauperes deprædicat & laudat, & humilia respicit, & alia à longe cognoscit: atque ideo Messias cælo

Tom. 2. Pars 2. 2. 111.

descendens vt humanam naturam indueret, neglecto Herodis Pilatique palatio in sta- bulum commune pauperum receptaculum descendit, & magnatum Ierosolymitano- rum fatiorem contemnens à pastoribus & pauperulis quibusdam Galilææ salutatus fuit & adoratus.

Plura olim Arca testamenti miracula fe- Delecta- cit quamdiu in castris sub tentoriis & papi- tur Deus lionibus ageret, quam dum in superbum Sa- potius lomonis templum illata fuit. Quo denota- pauperib. barur CHRISTVM, veram illam Arcam quam di- fœderis, paupertate delectari magis plura- uitibus. que illius respectu, quam diuitiatum, mi- racula patrare: Hinc contemnit palatium Regulæ Capharnaitæ, & Centurionis ædes subire non detrectat. Sed his relictis ad ægri curationem properemus, quam in secundo concionis membro nos deducturos promi- seramus.

Postquam orationem suam Regulus iam finiisset, ait ei Dominus, *Vade filius tuus vi- uet.* Credidit quamprimum pater dictis Christi, recedentique occurserunt in via serui, nuntiantes filium superstitem & so- spitem esse, occurserunt serui nuntiantes quod filius eius viueret. O seruos vere laudabiles. Est quippe fidelium & proborum seruorum, Dominis fausta semper nuntiare, eorumque prosperitate & felici rerum successu lætari: non vero seruos Iob imitari, qui non nisi tri- lob. 1. stes & infortunatos nuntios tulerunt. Nun- tius venit ad Iob: qui diceret, *Bones arabant, & asina pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia.* Cumque adhuc ille loque- retur, venit alter & dixit, *Ignis Dei decidit è cælo, & tactas oues puerosque consumpsit, & ef- fugi ego solus, vt nuntiarem tibi.* Sed & illo ad- huc loquente venit alius, & dixit: *Chaldæi fe- cerunt tres turmas, & inuasunt camelos & tu- lerunt eos, nec non & pueros percusserunt gladio.* Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intravit, & dixit, *corruens domus oppressit liberos tuos, & mortui sunt.* O infaustos nuntios, & seruos malos! semper ne autem tristitia affereris nun- tia?

Hoc in ludo edocti erant serui illius diui- Luc. 11. tis Euangelici, qui caput illius obrundebant, villicum illum decoctorem & dissipatorem

V u diffa.

diffamando, adeo vt Dominus illum vocaret quo rationem villicationis suae redderet, & iratus illi, auditis querelis & accusationibus aliorum, dixerit, *quid hoc audio de te?* Sed boni serui est nunquam funesta nutiare, sed aduersa reticere, & quae plausibilia ac laeta sunt proferre.

Reg. 1.

Tristis ille nuntius qui Saulem in montibus Gelboe cum vniuersa nobilitate Israelitica, occubuisse nuntiauit, & se morti illius cooperatum dixit, à Dauide trucidari iussus est. Illi porro mortem commeterentur, aut saltem castigationem luculentam, qui mortem alterius propalant, defectus, vitiaque proximi spargunt, & famam obscurant. Sed serui Reguli huius alterius farinae sunt, nihil enim illi nuntiant praeter fausta, felices successus domus, bonam filii valerudinem, & febris depulsionem. Quo nuntio tantoperè regulus gaudens est, itaque se Christo obligatum sentit, vt ipse & vniuersa illius familia fidem amplexa sit, & illam vt patronum agnouerit. *Credidit ipse & domus eius tota.*

Vtilitates aduersitates solent, ecce afflictionum elementa: illa siquidem causa sunt cur Princeps hic, & vniuersa illius nobilitas ac familia ad Christum conuertatur. Non igitur frustra dixit olim Prophetes, vexationem dare intellectum, & ingenium hominis exacuere. Perinde ac si dixisset, prosperitas stuporem mortalium mentibus affert, & hominem ratione praeditum in brutum animal conuertit; nam, *homo cum in honore, id est, prosperitate, esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus.* Afflictio autem mentem illustrat, sui ipsius, Dei ac plenam rerum omnium notitiam inducit.

1/ai. 28.

Afflictio ingenium exacuit.

Huc respiciens dicebat Psalmista; *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me;* atque omnia haec me erudierunt ea quae mihi facienda incumbabant, ad eum scilicet me conuertere qui me liberare poterat, eiusque opem implorare; atque ideo nomen Domini inuocabo, *o Domine, Libera animam meam.*

Eccl. 16.

Non prius Epulo oculos ad Lazarum inspiciendum aperuit, quam inferni supplicia eosdem aperirent, ac tum demum vidit, quam insulto res suae essent loco. Nabuchodonosor non prius caelum intuitus est, quam tribulatio oculos sursum erigere coegerit, ait enim de se; *Leuanti oculos meos in caelum, & sensus redactus est mihi.* Ira Regulus hic nunquam ad Christum accessisset, nec fidem accepisset, nisi necessitate compulsus fuisset. Quanta igitur afflictionum utilitas & commoda?

Eccl. 16. Dan. 4.

Tribulatio Deum intueni cogit. Luc. confess. Dom. 10.

Iubet Salomon honorari medicum propter necessitatem, unde efficitur, cum qui necessitatem non habet, eisdem honorem deferre non posse. Atque ideo, qui agnoscit in anima, & assidue confiteretur, se semper male habere & afflictione premi, ex toto corde verum animarum medicum honorabit & genu flexo dicturus est, Non possumus Domine, ego meam negare aerumnam, tu tuam misericordiam. Hinc magnus Augustinus pericula recensens, in quibus ante conversionem vixerat, ait eo moribus & vulnera animae suae incurabiliora fuisse, quo se habere melius credebat, & minus malum perseuerare. Vere itaque, aeger est, qui quam aeger sit, non sentit.

Pauci sunt, qui proprias agnoscunt miseriae & infirmitates, quas alii tempore, alii loco, alii influxibus caelestibus ascribunt. quare non parum despiciebat misella illa Harpasse de qua scribit Seneca, quae cum talpa esset caecior, caecam tamen se non credebat, quam obrem rogabat conductores, se vt in locum lucidiorem ducerent, tenebras se pari non posse. Et sane deplorandum infirmitatis genus est morbum suum non agnoscere: quae calamitas ab vnica dimanat prosperitate, & sui cognitio ab afflictionibus.

Epist. 5. Miserrimum est morbum suum non posse agnoscere.

Si cui ad votum fluere omnia & voluntatibus puris & liquidis nulla amaritudine permixta frueretur, denique albæ esset gallinae filius, & fortunæ illum riuus inauraret, adeo vt nullius ope & adminiculo indigeret, ita insolesceret, & Dei obliuisceretur, vt illum tandem non agnosceret, imo nunquam in vita eius opem inuocaret. Eo infelicitatis deuenit impius Pharaon, quando per Moysen & Aaronem à Deo monitus, vt populum in libertatem assereret, velut

velut atheus & numinis ignarus dixit: *Quis est Dominus, ut audiam vocem eius, & dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non dimittam.* Ipsa scilicet prosperitas ad hanc Dei obliuionem & blasphemias illum impulit; sed quam primum ut fulgura & tonitrua audierit, palinodiam canit, & cuius maiestatem & numen negabat, illius aliquando suppliciter misericordiam inuocabit.

Peccatores in prosperis Dei obliuiscuntur. *Psalm. 91.*

Non minor profecto, meo quidem iudicio, peccatorum dum prospere agunt, est insolentia, aduersus quos Dauid vindictam deposcit, Deumque rogat ut iustitiam exeret; *Exaltare quis iudicas terram, reddo retributionem superbis.* Deposco, inquit, iustitiam Domine, sum tu iudex sis generalis totius orbis constitutus, cumque tuas partes sint crudelitatem & tyrannidem impiorum diiudicare. Quamdiu nationem tam effrenam & prauam sustinebis Domine? quæ non nisi mortem & sanguinem populi tui respirat, & noua quotidie pondera excogitat quibus eum opprimat, orphanos obtinicans, viduas dispolians; & cum nec hoc sufficere ad nequiritiam crederet, eo impieratis venit, ut tui oblita sit, & quod nec barbari facere audebant, diuinam prouidentiam omnisciam & cuncta tuentem negauerit, dicens: *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.* Et quænam tantæ ingratiitudinis, & insolentiæ causa? quæ stupida & crassa huius obliuionis ratio? subnectit Dauid: *Non est respectus mortis eorum, neque firmamentum in plaga eorum: ideo tenuit eos superbia, & dixerunt, quomodo scit Deus, & si est scientia in Excelsis.* Id est, propter continuas prosperitates nullis afflictionibus permistas Dei sui obliti sunt. Adeo ut consulto nobis aduersa Deus immittat, ut cuius blasphemando obliuiscimur, sani dum sumus, in tempore afflictionis & miseris obruti, adoremus. Ita porro fecisse competitur hic Regulus, nam quamdiu læto fortuna ardebat vultu, Iesu oblitus est; sed ubi prospera in aduersa mutari cœpère, & filius morbo diuexari cœpit, ipse & domus eius tota Deo crediderunt. O felices igitur tribulationes!

VI. *Cur Deus* Torfit non paucos, & magni quidem no-

minis viros hæc questio, cur suos Deus tribulationibus affligat; cuius rei duas potissimum assignarunt rationes. Primo, ut illis Deus humiliaret, omnemque superbiæ præsumptionisque ansam præcinderet. Si enim aulicus qui nouis quotidie à Rege beneficiis cumulatur, superbiendi occasionem habet: an mirum, iustum, dum videt tot se beneuolentiæ signa à rege suo Deo recipere, interdum humilitatis limites excedere, superbiere & insolescere? Idcirco ne superbiendo damnationem incurrat, tribulationibus humiliari consuevit.

Testis huiusce rei erit Paulus, qui sibi, quo superbia recunderetur, neque ob habitas reuelationes insolesceret, datum carnis stimulum confiteretur, qui animum quotidie exagitarer & angeret. *Ne magnitudo reuelationum,* inquit, *excolat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Satane, qui me colaphizet,* ut scilicet de meipso humiliter sentirem, & in mei ipsius cognitionem descenderem.

Respexisse autem Apostolus videtur ad laudabilem veterum Romanorum consuetudinem, qui, ut Tertull. ait, pro more habebant, triumphantibus Imp. & curru eburneo urbem ingredientibus, variis circumquaque trophæis gestatis, fausto clamore & iubilo plaudentibus cunctis, momum quendam ad curritus latus addere, qui mille triumphantem iniuriis proscinderet, eique assidue exhortando ingeminaret, *Respice post te, hominem te esse memento.* Idem sibi accidere inuuit Paulus; cœlum triumphans ingreditur, variis honoribus afficitur, at ne insolescat, inimicum illi addidit Deus qui eum excruciet & affligat.

Postquam Ezechieli gloriam suam ostendisset Deus, idque in forma currus & rotarum sibi inuicem implexarum, & dixisset: *Hæc est similitudo gloria Dei;* quo nullum mortali maius beneficium hac in vita conferri queat; Propheta mox vocem, ut capite sequenti refert, è rota prodeuntem audiuit, quæ ait, *fili hominis ista.* Rogat hic Gregorius, & quidem non immerito, cur filius hominis dicatur, quod non exigua interrogata videatur iniuria homini tam beato & tam luculento beneficio affecto;

affecto: & responderet, Deum illius humilian-
di gratia id fecisse, ne se angelum quempiam
aut beatum, qui cœlesti gloria donatus es-
set, crederet.

**Vt merita
Deus iu-
storum
adaugeat
tribulati-
ones im-
mittit.**

Gen. 25.

Secunda, cur Deus iustos tribulationum
tributum persolvere cogat, ratio est vt ad-
uersa & afflictiones coronam illis præparent,
vt sint instar ignis & mallei aurifabri, quo
melius patientiæ virtutem exerceant. Ignis
siquidem aurum in fornacem cœctum ad-
iuit, inflammat, sed simul & excoquit, &
sublimat, & perficit: ita quoque hominem
tribulatio, afflictio, aduersitas.

Huc traham, quod in Genesin notat Au-
gustinus. circa vocem quam Rebecca cœlitus
audiuit: hæc cum hætenus illiberis, prolem
à Deo precibus impetrasset, & gemellos vtro
complexa digladiantes illos & configen-
tes sentiret, quod non mediocrem illi dolo-
rem & anxietatem causabatur, ait: *Maiores ser-
uiet minori.* Hic quaerit Augustinus hoc qui
factum sit, cum Esau Iacobo semper impe-
rauerit, semper illū exagitauerit, patria exe-
gerit, imo si potuisset, mundi eum proscri-
pisset. Respondet igitur: *Maiores seruiet mino-
ri non obediendo, sed vexando quemadmodum
ignis deseruit auro.* Egregius & diuinus qui-
dam conceptus, è quo colligere est, quan-
topere conducant tribulationes, & quan-
tum iusto emolumentum adferant. Quomo-
do igitur piis non profint, cum impiis & gē-
tilibus non parum profint: videte vt Princi-
pis febris, patrem ab incredulitate, filium
a malo, & domum vniuersam è molestia li-
beret.

Credit isse & domus eius tota. O beata fe-
bris! o morbus auro redimendus! Ignis cum
segetem Ioab succenderet, illum excitauit,
vt ad principem quem contempserat, & cu-
ius mandata neglexerat, properaret. Ignis
ille ardens tribulationum, qui ignis quidam
Dei est, agros negotiorum nostrorum ex-
urens, nos conturbat, excitat & gressus ex-
acuit, quo ad principem cœlestem propere-
mus, quem toties offendimus & cuius san-
ctas inspirationes institutaque salutaria to-
ties contempimus. Exemplo sit Regulus
hic, qui febris cuiusdam ignem in domo sua
succensum videns, quamprimum ad Chri-

stum properat, fidem amplectitur, vota que
& obsequium offert, & vniuersam famili-
am suam, vnicam illius gloriam & hono-
rem respirare vult. o febrim laudabilem &
exoptandam! cum tam raram & felicem me-
tamorphosin in domo reguli cuius cause-
tur, febrim, inquam, quæ mihi materiam
suppeditat de febris latius loquendi, cum in
Euangelij sine eandem notem: *Et reliquit
eum febris.*

Doctissimi quippe Medici, qui de mor- VII.
borum symptomatibus & præsertim de fe-
bribus locuti sunt varia earundem genera
retulerunt, & imprimis Auicenna, & Gale- 8. quarti
nus quæ variis peccatorum generibus non tract. 1. 23.
inscite queunt accommodari. Primum ge- 4. 1. & de
nus febris est quotidiana, quæ que gula & differet.
ingluuici responderet, de qua Isaias: *Venite, Isai. 56,
sumamus vinum, & imbeciamur ebrietate, &
erit sicut hodie, sic & cras. & multo amplius:
quæ verba gulonum & voracium sunt, lo-
quentium de suis dissolutionibus & luxu
ordinatio; & sane de diuite illo Epulone in
Luca legimus: *Epulabatur quotidie splendide.* Luc. 6.
Vel per eandem intelligere licet peccatum
veniale, de quo in Proverbiis legere est:
Septies, id est, sæpius, in die cadit iustus. Et *Prou. 24.*
quoniam de veniali peccato mentio facta
est, notandum, Augustinum, ipsum arenæ L. b. 50. Ho-
allimulare, & aqua guttis, quod instar illius, nil
animam ad bona opera producenda sterili-
lem reddat, & instar harum, charitati, seruo-
rem extinguat. Et quemadmodum multa Peccata
aquæ guttæ magnum constituere flumen venialia
possunt, & naufragium causari; & multa arenæ
arenulæ magnum efficere pondus; ita pec-
cata venialia, dum negliguntur, sæpe ani-
mam, vt in mortale peccatum incidat, sua
multitudine & gravitate disponunt, adeo
vt sæpe in salute naufragium faciant. Alte-
rum febris genus est, quod vulgo Errati-
cum dicitur, quæ nullum certum tempus
habet, aut horam præfixam, atque hæc in-
uidiam denotat, quæ nulla temporis cer-
titudine expectari potest, sed omni tem-
pore, quo aliorum vel laudes, vel bene ge-
sta recenseri audit, gravissimos paroxy-
smos & terribiles quasdam conuulsiones
patitur: hoc enim peccatum non nisi ex a-
liorum*

1. Reg. 3.

Ioan. 5.

liorum nasci solet prosperitate. Quare non inſcite Heli inuidus comparabitur, qui non poterat videre lucernam Domini antequam extingueretur. Cæterum faces accensæ quæ in mundo colluctant, sancti sunt, iusti & probæ vitæ viri: & de Ioanne legitur: *Erat lucerna ardens & lucens*: at extinctæ faces, ipsi peccatores, atque illos libenter inuidi vident, sed alios ferre nequeunt. Atque hæc febris grauiſſima & periculosiſſima est, & maxime cruciat, de qua verſus ille paræmialis:

Inuidus inuidia comburitur intus & extra.

Acedia designata in febris tertiana.

Tertium genus febris tertiana est, quæ alternis diebus discruciat, febris quæ modo calore æſtuantiſſimo, modo frigore vehementiſſimo membra concutit & conuellit: atque hæc acedia Symbolum est, febris profecto periculosiſſima, hæc tenentur qui hodie honestam ducere vitam proponunt, & cras à proposito reſſiunt, qui hodie sacrum audiunt, Deum orant; multa bona edunt opera, & poſtridie incœpta deſerunt, & omnibus valedicunt. virium hoc frigidum simul continet & calidum, habet nonnihil pietatis, & nonnihil etiam frigiditatis. Quod febris genus vt auferatur, minuendus est voluptatum & deliciarum sanguis, id est, temporales commoditates deſerendæ.

Auaritia febris continua est.

Quartum genus febris continua est: atque hæc dici poteſt auaritia, quæ inter vſurarios vt plurimum locum habet: cætera quippe peccata non ſunt vſque adeo continua, habent quædam interualla quibus homo ab iſdem abſtinet; at hoc aſidue, noctu & interdium, omnibus horis hominem discruciat & exagitat. Tria quippe illi auferunt, quæ tamen ad vitam tolerandam neceſſaria ſunt, cibum, ſomnum, & requiem, ſine quibus vita hæc duci penitus non poteſt. Sui ipſius tottor est auarus, ſei ipſum enecat libere, comedere vix audent, ſed vt Tantalus inter vndas & poma fugacia ſirit & eſurit, ſic ille inter opes affluentes abſtinet paratis. Vnde de illo bene ait Sapiens: *Non ſatiabitur ſonæ, & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam.* Dormire quoque nequit, cum variis intinſecus corſuriis exagitetur, modo me-

Ecc. 14.

tuit ne parta amittat, modo conqueritur non ſatis amplum ſelucrum feciſſe: denique aliis tormentis ac ſollicitudinibus quæ cerebrum illius perturbant, angitur. *Cum autem dies eius, ait Eccleſiaſt. pleni ſunt laboribus & arumnu.* De die, de nocte non quieſcit, animus eius ſemper in negotiis eſt, & occupationibus diſtrahitur. Quod Propheta quidam reſtatur: *Pro ſollicitudine quieſcere non poterunt.* Et Sapiens: *Saturitas diuitum non ſinit ipſum dormire.*

Eccleſ. 2.

Ierem. 19.

Eccleſ. 9.

Quinta febris quartana eſt, noxia quam maxime, ſed quæ ſuperbiam & arrogantiam denoter. nam quemadmodum hæc febris difficillime curatur, ita & ſuperbia ſæpe, namque tum corpus, tum animam inſicit. Cauſatur febris hæc extremos quodam ſuadores, & ſuperbia typhos quodam turbidos & ambitiones nouas. Dolorem capitis febris hæc ſemper annexum habet, ſuperbia item nunquam huiusmodi doloribus vacat, ſexcentas anxietates mentis, mille capitis vertigines, cerebri commotiones, phantaſmata, imaginationes, conceptus, inquierudines. Violenta admodum & exceſſiua febris hæc eſt, item ſuperbia: de qua extat Pſalmiſtæ e-logium, *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Hac febris periêre Angeli, mortuus eſt Aman, hæc Nabuchodonofori extrema comminata eſt, & protoplaſtos in ruinam pertraxit.

Superbia designata in febris quartana.

Sexta & vltima febris eſt, quam heceticam medicorum filij dicunt, quæ oſſibus & medullis inſita, humorem radicabilem, qui vitæ noſtræ quodammodo baſis eſt, auferit & exſugit: atque hæc ipſa luxuriæ imago eſt, de qua hoc teſtimonium Iob Propheta dedit, *Ignis eſt vſque ad conſummationem denorans, & omnia eradicans genimina.* Eſt ignis ille Sodomæ, qui nefarios illos, & ſalices, ipſos etiam lapides in cineres redegit. Conceptum noſtrum confirmat calculo ſuo Ambroſius, *Febre*, inquit, *flagrantior eſt libido.* Ab hac febris excruciatuſ fuit Dauid, cumque ad mortem vſque illum hæc diuexaret, medici opem implorat. *Miſere mei, quia infirmus ſum, ſana animam meam, quia peccaui tibi.* Equot hiſce: Sed hæc ratione febris adoleſcenti nuius dicta ſunt: at ſan-

Luxuria febris hecetica eſt.

Iob. 31.

In 4. Luca.

Pſal. 6.

natum illum iam video: *Et reliquit eum febris,* & ipse illum relinquens, finem dicendi faciam.

Vnum hoc igitur restat, Auditores, vt ex audito Euangelio vtilitatem aliquam capiat: quæ non modica hic occurrit. Consideremus in primis, calamitates & tribulationes ad Deum nos deducere, quæ si non immitterentur, nunquam forsitan mundo egredieremur: videre enim vt Regulus hic filij iuuetudine anxius ad Christum accedat, eiusque opem imploret.

Notemus deinde, quantum filiorum parentes habere rationem par sit, ad quam & hinc natura, illinc vero religio inuitat: illa quidem quantum ad corpus, hæc autem quantum ad animam; exemplo scilicet Reguli huius, qui de filij valetudine maximopere sollicitus erat. Ad hæc discamus, non esse vitæ emendationem & pœnitentiam vsq; in mortis horam differendam, cum Princeps hic reprehendatur, quod seruis venerit, cum filius extremum iam spiritum traheret. Discamus præterea ob accepta à Deo beneficia gratitudinem exercere, cum pater hic accepta à Christo filij sanitate, Dei se obsequio perpetuo manciparit. Meminerimus denique, exempla dominorum ac superiorum ad subditos tum ad virtutem, tum ad vitium pertrahendos plurimum posse; cum exemplo reguli se conuertentis, omnis eius familia ad fidem conuersa sit.

Tu autem mundi Redemptor, summe corporum & animarum medice, qui hodierna die tam luculentum redditæ sanitatis miraculum edis, qui febres pellis, & filio Reguli Capharnaitæ pristinam valetudinem restituis; animas nostras eisdem morbis affectas persana: torquentur quippe ab auaritia, à libidine cruciantur, ab acedia affiguntur, à superbia diuexantur, ab inuidia lacertantur, adeo vt in mortis, nisi propere succurras, periculo versentur. Eas igitur, cura mælice cœlestis, ad iis succurrendum properas; sed ea conditione, vt, postquam eas sanaueris, ingratae non sint, sed in te cum vniuersi domo, id est, omnibus potentis & facultatibus credant: intellectus te creatorem agnoscat, voluntas vt Re-

demptorem diligat, memoria denique tui vt conseruatoris semper recorderur. Tui, inquam, à quo omnis nostra beatitudo dependet: ad quam deducere nos dignentur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. AMEN.

DOMINICA XXI. POST PENTECOSTEN.

Partitio.

- I. De misericordia & iustitia Dei.
- II. Quæ causa parabolæ Christi, & quadrangulum.
- III. Quæ vis exempli: & quod ius Regis.
- IV. De ratione cum seruis posita.
- V. De seruo debitore: & debito.
- VI. De seruo nequam factio.
- VII. Benigne faciendum egentibus.

Simile est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.
Matth. 18.

FIGVRA.

Vidisse in Apocalypsi se ait Ioannes antiquum dierum, throno insidentem, præ canitic venerabilem, qui rationem ab vniuersis exigebat, & libros apertos ante se habebat: tanta porro è vultu illius maiestas elucebat, vt cœlum & terra in conspectu eius tremere, & rutilans maiestatis illius fulgor, qui è vultu promicabat, omnes perterrefaceret. Simile quid in Euangelio hodierno sub parabolæ cuiusdam inuolucris legere videor: quod regem nobis describit, qui dum rationem cum seruis suis poneret, & domesticos commentarios & diaria enucleatius examinaret, non mediocrem omnibus timorem incutit: cui cum offerretur qui decem millia talentorum debebat, & soluendo non esset, illum & vxorem & filios eius, & quidquid rerum possidebat, diuendi iussit, donec debitis satisfecisset. In quo & alia non minus horrenda occurrunt, quæ imago sunt eorum